

## TACITE - ANNALES (XIV, 5) - L'ASSASSINAT D'AGRIPPINE

Les trois premières années du règne de Néron sont heureuses, mais bientôt Néron cherche à s'affranchir de la domination de sa mère, qu'il trouve de plus en plus insupportable. Le premier acte de la tragédie a été, dès 55, l'assassinat de Britannicus. En 59, sous l'influence de Poppée, Néron décide de tuer sa mère. Son affranchi et complice, Anicetus, lui suggère de l'inviter à Baïes, sous prétexte de lui offrir une grande fête de réconciliation. Après la fête, en pleine nuit, elle prendra son navire pour rentrer chez elle dans sa villa de Baules. Tout est prêt pour que le navire fasse naufrage.

Noctem sideribus inlustrem et placido mari quietam quasi  
convincendum ad<sup>1</sup> scelus dii praebuere. Nec multum erat progressa navis<sup>2</sup>,  
duobus e numero familiarium Agrippinam comitantibus, ex quis<sup>3</sup> Crepereius  
Gallus haud procul gubernaculis adstabat, Acerronia super pedes cubitantis  
5 reclinis paenitentiam filii et recuperatam matris gratiam per gaudium  
memorabat, cum dato signo ruere tectum loci multo plumbo grave,  
pressusque Crepereius et statim exanimatus est : Agrippina et Acerronia  
eminentibus lecti parietibus ac forte validioribus quam ut<sup>4</sup> oneri cederent,  
protectae sunt. Nec dissolutio navigii sequebatur, turbatis omnibus et quod  
10 plerique ignari etiam conscios impediabant. Visum<sup>5</sup> dehinc remigibus unum  
in latus inclinare atque ita navem submergere ; sed neque ipsis promptus in  
rem subitam consensus<sup>6</sup>, et alii<sup>7</sup> contra nitentes dedere facultatem lenioris in  
mare jactus. Verum Acerronia, imprudentia dum se Agrippinam esse utque  
subveniretur matri principis clamitat, contis et remis et quae fors obtulerat  
15 navalibus telis conficitur. Agrippina silens eoque minus agnita<sup>8</sup> (unum tamen  
vulnus umero excepit) nando, deinde occursu lenunculorum Lucrinum in  
lacum vecta villae suae<sup>9</sup> infertur.

---

<sup>1</sup> Construire *ad convincendum scelus*

<sup>2</sup> Agrippine, craignant un piège, avait refusé de prendre cette embarcation que lui avait envoyée Néron pour se rendre de Baules à Baïes. Rassurée par la comédie de la tendresse que vient de lui jouer son fils, elle prend cette même embarcation pour rentrer chez elle.

<sup>3</sup> *Quis* : forme archaïque pour *quibus*

<sup>4</sup> *Validioribus quam ut* : étant trop solides pour

<sup>5</sup> *Visum [est] remigibus... inclinare* : [litt] il sembla bon aux rameurs / les rameurs décidèrent de (il s'agit des rameurs qui sont dans le complot)

<sup>6</sup> *Consensus [fuit]*

<sup>7</sup> *Alii* : les autres rameurs, qui n'étaient pas au courant du complot

<sup>8</sup> *Eoque minus agnita* : et pour cette raison passant inaperçue (*minus* se comprend par rapport à Acerronia)

<sup>9</sup> *Villae suae* (datif) au lieu de *in + accusatif* : trait de la langue poétique